

*In te Domine spem posui.* Quasi dicat: Domine, ne finas eos qui spem ponunt in te, ludibrio haberi, & confundi. Ego spem omnem in te posui, & tu omnino is Deus es, qui pro bonitate ac fide tua nequis deserere sperantes in te. Si passus fueris ut confundar, ut aduersarij triumphent, ut videar frustra in te sperasse: certè ista confusio probro erit nomini tuo. Cum igitur notum sit, quòd spem ac fiduciam in te collocarim, precor Domine, ne patiaris me confundi, & in mei confusione gloriam fidei ac veritatis tuæ obscurari. Hoc sensu præmissa est ista particula: *In te Domine spem posui*, ut intelligamus Prophetam non tam sui ipsius, quàm diuini nominis horrere confusionem.

Discamus igitur hoc loco, magis curare quid nomini Dei in nobis accidat, quàm nostro: siue id fiat per nos agendo, siue in nobis patiando. Anxius est Propheta, ne confundatur propter spem in Deum collocatam, cum tamen id non esset in ipsius potestate, nec cauere posset. Situ enim erat in veritate, bonitate, & potentia Dei, non ipsius viribus & arbitrio, qui nec Deum cogere, nec reproborum malitiam extinguere poterat. Quid credendus est facturus fuisse, ne per se: hoc est, sua ipsius culpa committeretur quicquam, quòd nomini ac gloriæ Dei ignominiam adferret?

1. Verùm necesse est, ut primùm simus ex illis qui spem omnem collocant in Deum, deinde necesse est, ut hæc animi nostri pietas nõ sit nobis ipsis tantùm, sed omnibus nobiscum conuersantibus, etiam aduersarijs & inimicis nostris, cognita: alioqui fieri non potest, ut hoc confusions genus cum Propheta timendũ nobis sit, si nemini de nobis innotescat, quòd speremus in Deũ. Artis confusionem nemo subit, qui nullã illius opinionẽ inter mortales habuit. De nemine ægroto dicitur: *Medice cura te ipsum: de quo nulla vnq̃ medicę artis opinio fuit.* Ita de his non potest dici: *Sperant in Deum, saluet eos, si vult eos: de quibus nunq̃ innotuit, quòd spem aliquam in Deum posuerint.* Est igitur ista sollicitudo eorũ tantùm, qui spẽ ponunt in Deum: in reliquos cadere nõ potest.

Luca. 4.  
Psal. 22.

2. Secundo loco querendum est, quid opus sit hac precatione, cum certũ sit ex pmissione Dei, quòd Deus velit liberare sperantes in se: Psal. 91. Quoniã in me sperauit, liberabo eum, &c. Respondeo: Nõ repugnat fidei, in hac pmissione, deprecari istã confusionẽ, sed magis affectus est animi credẽtis isti pmissione. Metus verò quo laborauit Propheta, tẽtatio fuit, cui hac prece occurrere voluit.

3. Tertiõ, querendũ & hoc, unde sit, quòd ab impijs irridetur, qui cum in Deũ sperarint, deserunt: cum tñ si quid turpe hinc committitur, Deo magis deserenti, quàm pio speranti ac deserto tribuendũ videatur. Ista est impietas filiorũ huius seculi, ut stultitiã deputet spẽ ponere in Deũ. Hinc est illa irrissio speratiũ, vbi in afflictione iactatur. Deo nõ dat vitio, quòd hos deserere videt, cũ tñ nullo pacto magis blasphemet gloriã diuini nominis, q̃ hoc ipso, quòd spem in Deo positã irridet.

Psal. 2. 3. 4.  
5. & 6.

Et hi quinque versus duo habent: precationem, & argumenta quædam suffulciendæ ac corroborandæ fiduciæ, qua motus opem Dei imporat Propheta. Illa delimit partim ex Deo, partim ex inimicis suis, partim etiam ex seipso: ut suis locis videbimus.

**B** Summa precationis est, ut liberetur, eripiat ac saluetur. Ostendit hac precatione, quando timenda sibi sit confusio illa, quam versu primo statim initio deprecatus est, nempe si deseratur in manibus hostium. Ideo postquam dixit: *Ne confundar*, subiicit: *Libera me, eripe me, inclina ad me aurem tuam, & salua me.* Certè qui serio ad hunc modum ad Deum pro liberatione clamat, satis indicat cum quibus sit irretitus angustijs ac periculis, tam qua sit erga Deum spe ac fiducia.

PRECA  
TIO.

Versu 3. dicit: *Esto mihi in rupem fortitudinis, ad quam semper confugiam.* Non est cõtentus, ut eripiat ac libereturẽ manib; impiorũ in presentiarum: ex periculis illis, in quibus tũ erat cõstitutus: sed intelligit sibi necessarium esse paratũ aliquod & bene munitum refugium, ad quod semper cõfugiat, & in quo ppetuò seruetur. Et quoniã nouit in terra nullũ posse huiusmodi reperiri, Deũ orat, ut ipse perpetuum sibi sit ac tutũ refugium. Hoc intelligit per *רֹכֵס רַבִּי* rupem fortitudinis: id est, fortẽ ac robustã: similitudine satis accõmoda admonens, protectionẽ Dei esse instar munitionis in petra sublimi ac forti collocatę, ad quã nõ sit hostib; accessus. Sic Salomon: *Tarris fortissima nomẽ Dñi,* &c.

Proverb. 18.

Deinde & hoc notandum est, quòd eodem versu dicit: *Manda ad saluandum me.* quibus verbis verbo & imperio Dei saluandi virtutem adscribit, cui certè nec vlla seculi potentia, ne inferorũ quidẽ, nec mors ipsa resistere poterit. *Tantum*, inquit, *manda ut saluer, & iã omnino saluabor.* ea namq; est omnipotẽtia verbi & imperij Dei, ut vbi dixit ac mandauit, facta & creata sint omnia. Sic alibi: *Dixit, & facta sunt: mandauit, & creata sunt.* Item: *Dixit, & stetit spiritus procelle.* Quis nõ tuto se credat isti Domino, etiã si nomine illius periclitadum sit, qui potest mādare omnia, potest imperare morti & inferis, ut restituant quos absorpserant, qui salutẽ seruorum suorum vnico nutu imperare potest?

Psal. 32.  
Marci 4.

ARGUMENTA FIDUCIÆ.

*In iustitia tua.* Nihil hinc periculi est, siue de iudiciaria Dei iustitia particulã hæc intelligamus, siue de bonitate illius, quæ sæpenuerò per dictionem *יְיָ* intelligenda venit. Iniquè premebatur ab aduersarijs impijs & violẽtis: ideo non abs re ex cõsideratione iustitiæ Dei, odio omnẽ iniquitatem habentis, liberationem à Deo petit. Argumentũ hoc generale est ex Deo sumptum, nõ quibusuis opem Dei implorantibus accõmodum, sed ijs tantùm, qui illũ tãquam iustum iudicẽ inuocare possunt. Argumentũ verò bonitatis diuinę generalius est vniuersis nomen Dei inuocãtib;.

Psal. 32.

Quòd dicit: *In iustitia tua libera me:* idẽ est atq; *Propter iustitiam tuam,* ppterea quòd iustus es, ratione iustitiæ tuę libera me. Argumentũ hoc satis firmum est, iustitiã Dei agnoscentib; & considerãtib;.

*Quoniam petra mea & munitio mea est.* 2. Et hoc argumentum ex Deo quidem sumptum, generale tamen ut precedens non est, sed speciale erga ipsum orantem. Non enim hæc considerat Propheta, quid Deus sit alijs, sed quid sibi sit, & hæctenus fuerit. *Fuisti*, inquit, *mihi hæctenus petra & munitio refugij.* Ad te cõfugi semper, in te perpetuò seruatus sum, tu me hæctenus cõseruasti & protexisti. Itaq; velis etiam in posterũ mihi rupes esse fortitudinis, ad quã semper confugiã. Et nota quomodo id esse sibi Deũ dicat, quòd orat ut esse sibi velit. *Orat ut sit sibi rupes fortitudinis, ad quã sæper cõfugiat, & lub.*

Psal. 32.